

tur, *signum* exhibere, quod nexum certum in theologia veteri Iudaica haberet cum re illa designanda; nimirum *ipsa tutela domus Davidis*. v. 13, 2, 6. coll. Iesa. IIX, 8, 9, 10. & 2. Paral. XXI, 7. Connexionem solide demonstrat Coccejus h. l. Tom. II. Opp. & D. Maius in Theol. Iudaica p. 134. sq. Sic in genere *restitutio Israelis* Ierem. XXX. fundatur in Messia orituro *ex illis*, v. 21, 18, seq. Ier. XXXI, 22. Mich. IV, 10. sq. V, 1. 2. sq. Deut. XVIII, 15-18. Es. XLVIII, 1. Non poterat deleri *domus David*, (quod metuebatur *Abas*) quia implendum supererat, ut *e domo David* veniret Messias, Esa. XI, 1. IX, 7. coll. Luc. I, 31, 32. Hof. III, 5. Ierem. XXIII, 5. 2 Sam. VII. Immo iuebatur *domus David* reuocare in animum, quod stabilitum iam inter fideles esset mysterium Immanuelis *e virgine* nascendi: quod opus Dei tam diuinum sit, ut, si quis hoc habeat ob oculos, *e domo David* certo nascendum eum esse de Virgine, qui futurus sit *Immanuel*, hoc est, *Deus nobiscum*, fundamentum fiduciae habere possit in praesenti difficultate. Ita foedus *Dei nobiscum* e diametro opponitur apud Esaiam foederi formidabili hostium. Ita IPSE Dominus Signum parauerat. נִיחַן v. 14. (LXX. ἀυτὸς) 1. Paral. XVII, 17, 12. ε.) Ex η *emphatico*, quo *Virgo illa*, ad tantum partum diuinitus destinata (Mich. V, 2, 3.) κατ' ἐξοχήν designatur a Spiritu S. velut indice digito, de qua Gen. III, 15 facta fuerat mentio. Aliud exemplum ἀγγελίας Scripturae sistitur Gal. III, 6. Sic LXX, qui ipsi fuerunt Iudaei, longe ante Christi Natiuitatem, reddebant ἡ παρθεῖνος. Plura ex antiquitate sistit P. Alix Reflex. T. I. p. 254. sq. T. 2. p. 50. 62. 108. sq. 174. 236. sq. γ.) Quid? quod siue *Angelus* (Luc. I, 31. seq.) siue *Scriptor Historiae Euangelicae Θεόπνευστος*, Vaticinii huius sese *Interpretem*
& *Com-*